

ILL. GYMNASII CASIMIRIANI GOETTINGENSIS
DIRECTOR ADIVICTVS GABRIEL V. KROEGER
CVLTVS SVIS

A. D. 1747
Fidelis in statuorū exarūdas, iugendūdas, certūm is
nonnū horūctūdas-ūdas pūm abūlo, pūm lūc anū
pūctūdas, hūctūdas, is certūm vūm omūdas rēpūdas
cūpūm tūctūdas, C. A. V. in lūctūdas hūctūdas mū-
ctūdas pūctūdas, et doctūdas, obūctūdas lūctūdas, rēctūdas
doctūdas vūctūdas, hūctūdas vūctūdas, pūctūdas vūctūdas
vūctūdas vūctūdas, hūctūdas vūctūdas, pūctūdas vūctūdas

OPTIMA
RESVRRECTIONEM
CHRISTI

DEMONSTRANDI RATIO

Quis rēctūdas hūctūdas pūctūdas: lūctūdas non doctūdas
lūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, in mūctūdas
cūctūdas rēctūdas, lūctūdas vūctūdas, cūctūdas cognūctūdas hūctūdas
est lūctūdas vūctūdas, pūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas
artūctūdas, sed ex pūctūdas, et hūctūdas vūctūdas
lūctūdas cūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas
lūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas
lūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas
lūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas

Et tūctūdas mūctūdas ad hūctūdas nūctūdas rēctūdas
dūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas
lūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas
lūctūdas vūctūdas, et lūctūdas vūctūdas, lūctūdas vūctūdas

5

ILL. GYMNASII CASIMIRIANI COBURGENSIS
DIRECTOR ADIUNCTVS caeteriq. PROFESSORES
CIVIBVS SVIS

S. D.

Fidei in Seruatorem excitandae, augendaeque, certam rationem non rectius discas, quam ab ipso, quem fide amplecteris, Seruatore. Is enim, vt in omnibus rebus principatum tenet, *Col 1. 17.* ita summum haud dubie muneris prophetici, et doctoris, obtinet fastigium; tantumque *docendi modo* caeteros doctores vincit, quantum *doctrinae praestantia* hominum sapientiam superauit. Praesertim vero cum ea, quae homines docuit, non nisi *fide* apprehendantur, quod doctrinae genus minus est inter homines vsitatum; fideique causae multo, quam scientiae, magis alte sint reconditae; iuuat Seruatoris doctrinas ita scrutari, vt, qua ratione homines ad suorum adduxerit praeceptorum obsequium, inquireamus, et, si quas artes sigillatim cognoscamus, eas in rem nostram, vtilitatemque, prudenter vertamus.

Quae res quidem latissime patet: siquidem non *voluntas* solum *Patris*, cuius interpretem egit Seruator, in multa diducitur membra; sed et ipsa *Christi persona*, cuius cognitio breue est salutis nostrae compendium, plurimos ambitu suo continet articulos. Sed ex pluribus, quae huc spectant, *resurrectionem* inprimis, cuius memoriam pie colimus, temporis nos ratio contemplari nunc iubet; quo pacto eam suis Seruator discipulis, non rei quidem ignaris, quos facile erudias, sed doctrinae saepius sibi iam propositae pertinaciter repugnantibus, tandem persuaserit.

Ea vero omnium maxime ad hominis naturam accommodata videri posset conuincendi ratio, vltra quam nihil amplius desideres, si resuscitatus Seruator suis se non solum *conspiciendum*, sed, qua re veritas corporis potissimum cognoscitur,
pal-

palpandum praebuisset. Et praebuit se omnino conspiciendum, singulis mox, mox pluribus; nec semel, sed iteratis vicibus, quas recenset in perpetuam rei memoriam, praeter Evangelistas, Paulus *I. Cor. XV. 5. 6. 7. 8.* Thomae vero summam in neganda magistri vita pertinaciam, contrectatis cicatricibus, tandem superavit: ut omnino intelligeretur, non vim inferre rationis legibus, sed ea via ad assensum suos ducere voluisse, qua ipsi ad fidem sua potissimum sponte accessuri essent. Sed id praeter plurimorum, credo, expectationem, imo *aduersus* vulgarem fidei excitandae modum, egit Seruator, quod, cum tam facilem discipulos conuincendi rationem non solum in promptu habuerit, sed etiam expromserit, ea tamen, quibusdam adhibitis, ut videtur, ambagibus, adiunctaque difficiliori docendi methodo, demum usus sit.

Etenim cum discipulis statim se viuum, et conspiciendum, sistere potuisset, per angelos *primum* mulieribus, vinctum venientibus, resurrectionem annunciari curauit; *Luc. XXIV. 9.* deinde his ipsis obuiam factus, *Matth. XXVIII. 10.* ad enarrandum portentum eas alacriores fecit: porro cum duobus discipulis iter faciens *longissimum* de Prophetarum praedictionibus colloquium habuit; sed *ad momentum* saltem se ipsis pristina forma conspiciendum praebuit; *Luc. XXIV. 31.* denique pedetentim, longioris demum aspectus copiam discipulis fecit. E qua historia non sine admiratione cognoscas, Seruatorem per *nuncios* prius, quam per *se ipsum*; per *testimonia* Prophetarum antiqua magis, quam per certissimum, et recens, *sensuum iudicium*, discipulis suis innotescere voluisse; nec minus, cum iam oculis, manibusque, comprehensus esset, ad antiqua tamen testimonia semper rediisse; Thomae tandem apertam fidem, et professionem, quasi parum aptam, graui reprehensione correxisse, *Ioh. XX. 29.* Videri enim posset *certa incertis, testimonia*

monia

monia sensui, praetulisse, et fidei non tam e *certitudine*, quam ex *origine*, insolitum pretium statuisse.

E quibus *iudiciis*, de modo discipulos conuincendi Seruatori probato formati, illud quidem est verissimum, quod antiquis testimoniis plus, quam sensuum iudicio, dederit; caeterum autem quicquam eum omisisse, aut omnino iusto longius distulisse, quod ad certam resurrectionis cognitionem pertineret, nulla suspicari ratione licet; cum nihil antiquius habuerit, quam vt destinatos ad vniuersas gentes legatos doctrinae, ad finem vsque orbis duraturae, certissimos redderet, eorumque efficeret aduersus omnia tela, ipsosque cruciatus, inuictissimam fidem. Quod si vero quid in hoc negotio praeter expectationem, nostramque rebus gestis fidem conciliandi consuetudinem, accidit, id non, quasi a nobis corrigi possit, sed potius tanquam exemplum, vnde discere queamus nouam docendi legem, contemplandum est.

Sensuum nempe, quod negari nequit, maxima quidem vis est ad existentiam rerum *certo* cognoscendam; nec iudicium illorum ope formatum vllam relinquere solet dubitationem, dummodo res percipiamus, quibus percipiendis iam assueuimus, siue *quas*, aut *quales*, quotidie oculis, caeterisque sensibus, vsurpare didicimus. Quod si vero rem plane insolitam, et quam fieri posse non solum non suspicamur, sed plane negamus, subito sensibus percipiamus, dum ipsis suis, vt quis diffidat, sensibus contingere potest, imo omnibus continget, qui eius rei experimentum capiendi habeant facultatem. Exemploque nobis esse possunt discipuli Christi, subita magistri apparitione *Luc. XXIV. 37.* mirifice perturbati, et, quamuis de eius aduentu praemoniti essent, in tremendi tamen spectri suspicionem coniecti. Vnde apparet, *praeparatione* quadam, et *παιδαγωγία*, opus esse, vt ipsis sensibus sua vis in rebus supernaturalibus constet; istamque non eandem

dem

dem apud omnes adhibendam esse, sed, pro diuerso animi ad conuictionem adducendi statu, plus minusue *apparatus*, admonitionisque, requirere.

Cum autem duae reperiantur causae, quae fidei, ipso sensuum testimonio adiutae, impedimentum afferre solent, *novitas* rei, et apparens quaedam *impossibilitas*; praeparatio ista duabus constat partibus; partim vt *semina doctrinae* longe ante in animo *spargantur*; deinde vt illa *impossibilitatis suspicio* animo *euellatur*: quorum illud, si factum sit, hoc quoque magna ex parte obtinetur. Facilius enim id cogitatur, accipitur, creditur, cuius aliquam iam, licet obscuriorem, *praenotionem* habemus: neque id, si memores rerum nostrarum simus, sibi repugnans, et absonum, pronunciare possumus, quod iam ante, quamuis non satis apertum, animo complexi sumus: quin potius fit, vt animo sic instructo ad spectaculum rei nouae accedentes, eam non tanquam plane *nouam*, aut nobis *obtrusam*, sed tanquam *expectatam*, intueamur; nec, si quid dubitationis supersit, *credulitatis* notam timeamus, sed *tarditatem* potius nostram in amplectenda re vere gesta accusemus.

Hanc certe legem Seruator noster secutus vbique esse legitur. Nam antequam mala, officii causa sibi imminencia, adiret, cum illa ipsa, tum resurrectionem futuram, discipulis mature, et aperte, praedixit, *Matth. XVIII. 32. 33.* et orationi auctoritatem, praefamine a vaticiniis Prophetarum desumpto, *l. c. v. 31.* quantum ingenium discipulorum patiebatur, conciliauit. Quamuis vero tum discipuli istarum rerum, vehementer spei suae repugnantium, intelligerent nullam, nedum omnia crederent; *l. c. v. 34.* dubitandum tamen non est, *praenotionem* quandam, inprimis *resurrectionis*, discipulorum mentibus esse iniectam, vnde, tanquam e foecundo semine, suo tempore, fides feliciter excreuit, dum Seruator ad eam, tanquam ad testimonium quoddam in-

ternum,

ternum, toties prouocauit, quoties veritatem resurrectionis probatam illis dare voluit. In eum enim, magistri prudentia, adducti erant locum, vt aut Mofi, caeterisque Prophetis, fidem detrahere, omnemque erga magistrum reuerentiam abiicere, aut resuscitatum magistrum credere, necesse haberent. Vti autem acerrimi scriptorum propheticorum cultores erant, et magistri sui, post ipsum mortem, reuerentiam retinuerant; ita, cum tot *apparitionibus* ad certi quid, in alterutram partem, statuendum vrgerentur, non turpis abnegatio secuta, sed fides tandem luculenta, adiuuante Spiritu Sancto, enata est. Quo in exemplo discere possumus, quid sit illud *προσέχειν τῷ προφητικῷ λόγῳ*, attendere prophético sermone, quasi lucernae lucenti in loco caliginoso, donec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus nostris, II. Pet. I. 19.

Ita vero apparet, Seruatorem nostrum *fidei excitandae aeternae* non neglexisse, sed potius ad vsum transtulisse, et eximio exemplo nos docuisse. Non enim incerta certis, vt prima fronte videri poterat, praetulit, dum *testimoniis* magis, quam *sensu*, fidem discipulorum niti voluit; sed ab *insitis* potius *principiis*, nempe a Prophetarum dictis, quibus iam dudum imbuti erant, ad credendum id *totum*, quod *ex parte* oculis percipiebant, Apostolos scite adduxit.

Quod vero non qualiscunque fides Christo placuit, sed *sera* illa, quam discipuli tandem pectore conceperunt, improbata legatur; id non tam e generali fidei notione, quam e fidei in resuscitatum Seruatorem peculiari natura, cur factum sit, intelligitur. Non satis nempe est fidei salutari, nosse, nec dubitare, illum, qui iniuste in crucem actus, et mortuus, est, viuere; sed *Dominum nostrum*, et *Seruatorem viuentem* adorare debebant discipuli, et post illos quisque adorare debet, qui nomen Christianum profitetur. Resuscitatum igitur Seruatorem quis-

quis

quis negat, et mendacii eos arguit, qui eam resurrectionem praedixere: et obsequium subtrahit Domino suo, cuius effatis credere, pars obsequii est: et reuerentiae, pietatisque obliuiscitur, dum tanquam mortuum luget, de cuius gloriosa vita exultare debebat; et spernit beneficia, quae nisi per resurrectionem Christi non obtinentur. Contra ad officium, et obsequii, et pietatis, et gratitudinis, redit, qui Dominum, et Seruatorem suum, resuscitatum negare desinit. Vti enim Thomas, simulac resuscitatum seruatorem agnouit, eum et Deum, et Dominum, suum professus est; ita quousque eum resuscitatum negavit, eousque neque Deum, neque Dominum, eum agnouisse colligimus. Quae omnia ad dubitantes facile transferuntur. Iam cogita, nonne increpatione dignus sit, qui, Thomae instar, sero, et prope ultimus, ad obsequium, et ad reuerentiam, Domini sui vel accedit, vel redit? quique beneficia sibi oblata, non nisi sexcenties admonitus, in aliquo habere numero, et grata mente accipere, incipit?

Quodsi igitur demonstrare quis, hoc est, ad conuictionem usque docere, resurrectionem Christi, ad illius exemplum, velit; eaque ipsa testimonia, quae scriptura copiose tradit, differendo augere, et ad suorum forte temporum statum accommodare cupiat; primum habet, quod caveat, ne, diuisa Christi persona, solum doceat, hominem istum, quem mortuum esse ipsi infideles concedunt, vitam post triduum recepisse. Possumusne enim sperare, id prudenter a nobis fieri, quod Seruator, cum breuissime efficere potuisset, efficere noluit? Operam nempe perdit talis, qualem improbamus, demonstrationis autor: siquidem qui Christum non ut Deum et Dominum nostrum, a mortuis resuscitatum, agnoscit et adorat, si eum vel maxime resuscitatum, credat, a vera fide alienus est, nec Christianum, sed historicum profanum agit. Male praeterea, et pessime, Christum docet, qui eum tanquam nudum hominem cogitare, et spectare, homines docet.

Altera docendi resurrectionem Christi regula, quam ab ipso Seruatoris exemplo discere possumus, ad praeparationem, et paedagogiam, pertinet; qua toties opus est, quoties discipulos nanciscimur, qui resurrectionem, nihil tot testimoniis moti, praefracte negant. Seruator quidem hinc

Pro-

Prophetarum vaticiniis, hinc suis ipsius effatis, discipulos ad fidem adduxit, adhibito sensuum, vt apud infirmiores, auxilio. A nobis vero res tota gerenda est testimoniis; idque vnum saltem nobis licet, doctrinas reuelatas hoc, illoue, qui nobis maxime commodus videtur, ordine tradere. Multum autem interest, quibus dogmatibus iam instructus ad caetera discenda accedas. Hic inprimis tenendum, *eum, qui Christum Deum, et hominem, confitetur, omnia abunde tenere, quibus ad intelligendam, credendamque, resurrectionem aptus redditur.* Quare per hunc potissimum doctrinae articulum, resuscitati Seruatoris empactae ad veritatem adducendi sunt. Quousque vero istam primariam veritatem pertinaciter negant, ad resurrectionis mysterium non adducendi, sed ab eo omni modo arcendi sunt; cui si vel maxime, testimoniorum copia conuicti, fidem tandem haberent, nullam tamen, quae ad salutem ipsorum faceret, vtilitatem reportarent.

Haec vero ad *docendam* Christi resurrectionem pertinent: *disputandi* autem de veritate tam ardua *leges certae* dari nequeunt; cum eo declinandum sit in disceptationibus, quo aduersarii sophismatibus rapimur. Hinc igitur saepe fit, vt subtilius quaeramus res, quae ad doctrinam ipsam nihil pertinent; eo saltem fine, ne illa argumenta, quibus homines profani veritatibus sanctioribus insultant, doctrinae specie rudioribus sese commendent. Id quod cum in caeteris Locis theologis, tum in doctrina de resurrectione contingere vidimus, in qua multae iam sunt quaestiones, quibus si quid temporis, et cogitationis acrioris, tribuunt veritatis amantes, non id agunt, vt noua fingant dogmata; sed, ne aliqua veritas insolubili constricta, aut plane iugulata, videatur nodo, solliciti cauent. Pertinent huc inprimis illa, si Humfredum Dittonum audias, frequentissime proposita: *cur non, praesente multitudine, et spectantibus hostibus, Seruator surrexerit?* in qua inimici veritatis multum se iactare solent; quam male, et quam exigua cum *rationis* specie, *hodie, finitis sacris publicis, breui oratione*, doctrinae in hoc literarum emporio feliciter comparatae specimen daturus, explicabit

PAVLVS ELIAS MVLLER, *Meiningensis*:
ad quem vestrum commilitonem studiose audiendum, CIVES, amice, quod sperat, confluetis; caeterum, tempus hoc sacrum cogitationibus piis, actionibusque Christiano nomine dignis, more vestro, transigetis, ac, pro virili, celebrabitis. P. P. Fer. I. Paschali A. R. S.
MDCCXLV.

Coburgi, typis GEORGII OTTONIS, Typogr. Ducal.